

**De sectione symphyseos ossium pubis admittenda. Quaestio medica chirurgica ... / [Augustin Roussel de Vauzesme].**

**Contributors**

Roussel de Vauzesme, Augustin, 1754-

**Publication/Creation**

Lutetiae-Parisiorum : The author, 1778.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/kt6du8s5>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to fading and ink bleed-through.

Pieces Conteneues Dans Ce Volume.

quæstio De Sectione Symph. ossium pubis  
recherches Sur la Sect. De la Symph. p. Le Roy  
reflexions Sur la Sect. par Lamerzat.



~~DE SECTIONE~~  
~~SYMPHYSEOS~~  
~~OSSIUM PUBIS.~~

DE SECTIONE  
SYMPHYSEOS  
OSSIUM PUBIS.



DE SECTIONE  
SYMPTOMATOS  
OSSIUM TUBIS

Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

DE SECTIONE  
 SYMPHYSEOS  
 OSSIIUM PUBIS  
 ADMITTENDA,

QUÆSTIO Medico-Chirurgica, Parisiis  
 discussa in Scholis Medicorum, die  
 Jovis septimâ mensis Maii 1778.

Nova Editio, aucta & emendata.

AUTORE AUGUST. ROUSSEL DE VAUZESME,  
 Salub. Facult. Paris. Medico.

---

Id semper verum esse reperies, novitatem etiam expertis,  
 maximè tamen imperitis molestam esse.

CAMPER, *Epist. ad van Gesscher. Groning. p. 173.*

---

*Marteau Med.*

LUTETIÆ-PARISIORUM,  
 IN MEDICORUM SCHOLIS APUD AUTOREM.

---

M. DCC. LXXVIII.



DE  
22 MAY 1842  
OBSERVATIONS  
ALLEGRETTA

General Medical Council, 1842  
Report on the  
State of the


Medical Profession  
in the  
County of

Medical and Surgical  
Cases  
of the

Medical and Surgical  
Cases  
of the

Medical and Surgical  
Cases  
of the





ILLUSTRISSIMO

ET NOBILI VIRO

DOMINO DOMINO

JOANNI-CAROLO-PETRO

LENOIR,

IN sacro Consistorio Regis  
Consiliario, urbis prætori  
vigilantissimo, &c. &c.

*VIR ILLUSTRISIME,*

*Et si rerum civilium in  
te moles immensa conquiescat,*

A iij



non impar tamen humeris onus  
est. Dùm ex munere, civium  
omnium fortunis & saluti con-  
tinuò & acriter invigilas ;  
artibus etiam nova extruere  
monumenta, prisca tutari vel  
instaurare non desinis. Novisti  
& ingenua litterarum studia  
excolere, & quidquid humano  
generi conferat, humanissimè  
amplecteris. Cui ego potiori  
jure hunc libellum offeram &

consecrem ? Cujus quidem  
argumentum in eo versatur, ut  
verendam matrum sortem re-  
gat & sustineat ; te verò nullus  
est qui civium salutis sit  
amantior. Illum igitur tibi  
dicatum, & tuis gloriantem  
auspiciis volo, eoque luben-  
tius, quòd tuam erga me  
benevolentiam perspexerim,  
indèque habeam quod mihi  
gratuler, hoc saltem quale-



*cumque mei in te obsequii &  
reverentiæ specimen fore. Id  
felicitatis exoptat,*

***VIR ILLUSTRISIME,***

*Devotissimus & obsequentissimus tui  
ROUSSEL DE VAUZESME,  
Medicus Parisiensis.*

***Paris die quintâ Augusti 1778.***

---

---

## PRÆFATIO.

**E**x naturæ voto, quod utero gestat onus mulier, faustè subsidere semper debere, ideò-que Symphyseôs pubis sectionem minimè necessariam nonnulli absurdè vociferantur; quasi sui semper ordinis constans hæc eadem natura foret. Nec potiori jure, vir severioris notæ CATO CENSORIUS, cùm ipsi semper sano & plusquàm octogenario nullius unquam emolumenti extitisse Medicos videret, ut omnes



x P R Æ F A T I O.

extra urbem ejicerentur , auctor fuit. Permulti etiamnum de Philosophorum grege , optimèque valentes , vanam esse atque conjecturalem nostram prædicant doctrinam ; vix autem levi corripuntur morbo , cum protinus timiduli , infulsis prorsus quæstionibus & lamentis medentem fatigant. Artem obstetriciam futilem , inanem , imòque ut exitiosam habent viri cætera eruditissimi , qui ea omnia scepticè negant quorum commoda ipsissimis oculis non perspexerunt , quo-

rumve in proprio corpore non fecerunt experimentum. Hos facilius in veritatis tramitem, mox dicendis, adducemus. Hos edoceant & ipsæ mulieres. Unaquæque etenim de partibus operosis quos ipsa, aut proximæ perpeffæ sunt, miserabiles narrat historias, quibus sæpe - numero ansam præbet prava pelvis conformatio. A conjugio igitur deterreantur puellæ omnes quæ primo aspectanti naturam nimium novercam expertæ videntur. Non - nullæ sunt attamen flo-



xij    P R Æ F A T I O.

ridulo nitentes ore, & sat pro-  
cerâ concinnâque specie cor-  
poris eminentes, quæ incessu  
composito, & pallâ artificiosè  
indutâ, offei pelvis ædificii vi-  
tia sedulò obvelant. Anne salu-  
bri parentum consilio, genialis  
thalami adhuc expertes charis-  
simæ natæ, blandâ peritissimi  
obstetricatoris manu solertèr  
pertractandæ, ne in semet-  
ipsas suaque pignora fortassè  
crudeles evadant, neve mon-  
trosa hominum series orbem  
infestet? En salutiferæ artis  
ope futura præcaventur mala

P R Æ F A T I O. xijj

quæ sæpiùs, heu ! innocuos  
infantes & miserandas truci-  
dant matres ; aut si culpandâ  
parentum incuriâ, viro nupse-  
rit deformis puella , jam in  
propatulo est recens operatio ,  
quâ natus materque simul in-  
columes servantur. Cùm ex-  
pertus esset CLAR. M. SI-  
GAULT , D. M. P. naturali  
in partu, pubis ossium cartila-  
gines ità nonnunquam intumescere , ut major indè nasceretur pelvi capacitas ; pri-  
mus his in rerum angustiis  
ubi via exituro fœtui insupe-



xiv P R Æ F A T I O.

rabilis obstat , Symphyſim  
pubis ferro dividendam pro-  
nuntiavit , primusque diviſit  
feliciter. Hæc ſimpliſſima in-  
ventio omnium mentes ſubitò  
percuffit. Sic inconſpicuarum  
plantarum reliquias per mare,  
incognitorum odorum efflu-  
via per ventos advehi cùm  
multotiès obſervaffet CHRIS-  
TOPHORUS COLUMBUS, novas  
regiones , novosque incolas  
adeſſe concludit. Extemplò navi  
vectus novum ſibi per æquora  
ſtrenuè patefacit iter , alterum  
terrarum orbem inveſtigatu-

rus. Quænam tantorum laborum, periculorumque merces? Sui eum omnimodis appetunt infidiis adversarii, & (dicere abhorreat) in carcerem & vincula conjicitur.

Erras graviter, si sectionis Symphyseôs actorem, gloriâ inventionis securè potitum credideris. Vix ea in vivente peragitur, cùm subito ardent animi & invidiæ incendio conflagrantur omnes alienæ virtutis & gloriæ obtrectatores. A Doctore Medico hancce inventam & celebratam opera



xvi P R Æ F A T I O.

tionem tacito murmure indignantur. Experimenta iterant, eaque sic contorquent, ut ex iis, aut inutilis sectio, aut exitiosa videatur. Innumeras adhibent machinationes, & futilia comparant argumenta quibus inventioni notam infamiæ possint inurere, sicque magis ac magis se se inventoris laudi & famæ servire non vident. Mox eorum Coryphæus in arenam descendit aperto Marte dimicaturus, & præconceptæ opinionis suæ ministros huc & illuc

P R Æ F A T I O. xvij

illuc mittit, qui palmariam  
operationem è medio veluti  
tollant, & penitus extinguere  
conentur. Nec satis, fittas  
ille pelves, & omni suâ de-  
nudatas carne, idemque pro  
ligamentis rigida ex orichalco  
fila omnium exponit oculis,  
ut cunctis sanè fucum faciat;  
apprimè etenim ipsi, longè alio  
res modo in vivente gravidâ,  
aut in repenti cadavere suc-  
cessuras persuasum est. Nil  
mirum; eadem omnes claro-  
rum inventorum auctores fors  
manet. Quid hîc etiamnùm



## xviii PRÆFATIO.

commemorem à detecto (1)  
sanguinis circuitu, à chemicis  
olim remediis (2), &c. &c.

---

(1) Motum sanguinis circulatorium subodoratus Britanniae Archiatrorum Comes HARVEUS, cum experimentorum vi suam demonstrasset inventionem, tum Zelotypiae stimulis agitata non levis detractatorum cohors, regem supplicibus adiit precibus, ut virum illum immortalem, tanquam mentis suae non amplius compotem, & tanquam exitiosae novitatis magistrum depingeret, sicque eum à suâ sede deicere niteretur.

(2) Exempli causâ, prodamus antimonium, cujus nunc egregias adeò in praxi medicâ dotes cuncti agnoscimus. Sæculo circitèr duodecimo, Chemista quidam nomine BASILIUS VALENTINUS, usum stibii internum ad innumeros propè morbos mirabiliter

natos tumultus? Nobis nunc  
gravissimis rationum momentis

---

profecisse scripsit in opere cui titulus: *currus triumphalis antimonii*. Quem usum deinde velut insalubrem & venenatum damnare permulti, & eòusque deventum est, ut annis 1566 & 1609, supremâ Senatûs auctoritate in nostrâ Galliâ sub gravibus etiam pœnis interdictus fuerit. Vid. GUI PATIN. *Lettres choisies*. 1. 18.

Sæculis sequentibus continuò & acriter de stibii qualitate salubri, vel lethiferâ certatum est; donec anno 1666, convocato omni ordine Parisiensi saluberrimo, adhiberi posse, & maximâ quidem cùm utilitate hancce substantiam mineralem, majori suffragiorum numero statutum est.

Vid. *Dissertation sur l'Antimoine. Préface, &c.* Par M. LAMY, D. M. P. Paris. 1682.



xx P R A E F A T I O .

à Symphyseôs sectionis auctore , quem meritò apud ultimos nepotes semper collaudandum conjicimus , tantam invidiæ tempestatem avertere animus est. Cùm jam in scholis nostris , hanc , quantum licuit nobis , quæstionem propugnaverimus & parvulo huic nostro labori annuerit SALUBERRIMA FACULTAS ; cùm aliæ etiam , & regno externæ Societates Academicæ , in eodem argumento avidè & ardentè versatæ sint , atque pro SIGUALTINA Sectione admit-

P R Æ F A T I O. XXI

tendâ concluderint ; nobis  
merito non ambiguum rema-  
net , quin ea scilicet , non lon-  
gam post elapsam annorum  
feriem , inter operationes  
vel maximè salutiferas annu-  
meretur. Ea namque, Cæsareæ  
sectionis vices præstat sæpissi-  
mè , omnesque obvias fermè  
adimplet indicationes. Quo-  
tiescumque nos ad eam op-  
portunâ occasione accinge-  
mus , nil erit indè periculi  
verendum. Seriâ tandem re-  
rum inquisitione peractâ , &  
ratiocinio , ac autoritate freti ,



xxij P R A E F A T I O.

hanc efferre & prædicare  
non dubitabimus humano ge-  
neri tanquàm summè profi-  
cuam; nec per nos stabit quo-  
minùs hæc omnia omnibus  
innotescant, *lippis etiam &*  
*tonforibus.*





# DE SECTIONE

## SYMPHYSEOS

### OSSIUM PUBIS.



#### ARTICULUS I.

*PELVIS, Fetusque capitis dimensionum levior adumbratio. Partus naturalis conspectus. Errores tum veterum, tum neotericorum. Quibus in rerum circumstantiis hi, quibus illi Sectionem Cæsaream aggressi sint.*

**H**OC omnes ad unum fatentur, id imprimis medici officii esse, ut, quemadmodum omni ope atque operâ



#### 24 *De Sectione Symphyseôs*

mortalibus fata procrastinare nititur; sic etiam horis præsit natalibus, ne vitam auspicatus (1) homuncio, ipso sub ortu, infausto sidere occidat. Ut autem in mentibus genuina notio partûs insideat, quænam Fetus inter ac Pelvim occurrat ratio, apprimè calere necessum nemo non dixerit.

Et primò de pelvi. Omnis ipsius compages quatuor ossibus, geminis scilicèt Innominatis, Sacro & Coccyge, cartilaginum ope ligamentorumque firmitèr invicèm articulatis, contextitur. Variæ horum ossium regiones, anguli, facies, limbi, &c. de industriâ silentur, utpotè

---

(1) « Utrùm vivere, an mori sit meliùs, dii immortales sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem. *Cicero, Tuscul. 1.* »

*Ossium pubis. Articulus I. 25*  
de queis satis - superque in obvio  
quovis Obstetricantis volumine disse-  
ritur. Quædam tantummodò nostræ  
propositioni stabiliendæ apposita præ-  
mittemus. Duplex in pelvi fretum,  
superius unum, inferius alterum,  
multiplicesque diametri notantur.  
Inter sublimioris freti diametros, præ  
aliis illa pernosceda est, quæ à pube  
ad sacri basim protenditur, & à  $3\frac{1}{2}$   
usque ad  $4\frac{1}{2}$  pollices longa est.  
*Transversa* vulgò uno pollice *ante-*  
*riorem* exsuperat; at *obliquæ* (2) dia-  
metri ab utrâque iliacâ extremitate  
pubis ad sacro-iliacas decussatim ex-  
pansæ commissuras, omnium lon-  
gissimè porriguntur, quòd nempè

---

(2) Diametros obliquas primus descripsit  
OULD Anglus. *Traité des accouch.* 1742.



## 26 *De Sectione Symphyseos*

sicut transversalis, muscularibus massis, non coarctantur. Humilioris autem freti diametri omnes à  $3\frac{1}{4}$  usque ad  $4\frac{1}{4}$  pollices emetiuntur.

Quùm igitur per hasce fauces viam sibi quærat infantis caput, oportet ut ipsis justâ proportionem respondeat. Ovoïdem non malè refert. Ab apice menti ad occiput usque axis ejus maximus, inter  $4\frac{3}{4}$  & 6 pollices comprehenditur. Alter partem ovoïdis ferè mediam secat & ab unâ parietali eminentiâ ad alteram perducitur, proutque in minorem majoremve creverit molem puellus, à  $3\frac{1}{4}$  pollicibus ad 4 usque extenditur; hæc verò linea *transversa* diameter audit (3). Obices in partu-

---

(3) Celeberr. artis obstetriciæ Professor

riendo præcipuos opponit caput ,  
quod ubi transiit , per tritum iter

---

M. GOUBELLY D. M. P. lineas omnes  
quæ ultra cranii centrum excurrunt , tan-  
quam diametros respuit , illamque lineam  
cujus ultima puncta eminentiarum parietalia-  
rum apicem efformant , minimè ut diame-  
trum haberi debere contendit. Multoties ete-  
nim in fetuum vel minimorum , in infan-  
tum etiam vel crassiorum capitibus se se me-  
morat observasse , quòd hæcce linea per  
cranii centrum non transiret , quòdque  
sit semper illâ brevior , quæ squamosum  
inter ossis parietalis limbum , & ossis ejus-  
dem tuberositatis extremitatem media , ad  
oppositum latus extenditur. Ultimam hanc  
lineam *transversam diametrum* vocat , quòd  
scilicet in partes duas æquales rectis an-  
gulis anteriorem dividat diametrum , quam  
à parte frontis gibbosiore ad occipitalen  
protuberantiam desumit. Quæ omnia in



28 *De Sectione Symphyseôs*

celeri postea decursu feruntur cæteræ corporis partes , quibus egressuris

---

Scholis nostris , paucis abhinc diebus geometricè super tria fetuum capita Astantibus plurimis patefecit idem Professor. At permulti non infimæ notæ obstetricatores , in cunctis infantibus id semper fieri negant , majoremque lineam ab unâ parietali eminentiâ ad alteram perducunt. Nos autem hanc ultimam secuti sumus sententiam. Nul-  
lus indè in praxim error dimanare valet , ut - potè quæ differentia quàm minima , vel potius nulla est. Nam *diversimodè possunt omnes ( diametri capitis ) haberi in partu , vel majores , vel minores , prout flexilitas , mollities cranii ossium & eorum Symphysis sinunt ea produci.*

Vid. Thesim : *an in omni partu , propter angustiam pelvis , impossibili , Symphysis ossium pubis secanda ?* pag. 8. 1776. Auth. D. BAUDELOCQUE , Chirurg. hujusce urbis peritissimo.

*Ossium pubis. Articulus I. 29*

nimiùm attendentes Medici, capitis omninò neglexêre (4) mechanismum. Hinc concinna *respectivarum* dimensionum capitis & pelvis æstimatio, res sanè maximi momenti. HIPPOCRATES olîm totam puelli compaginem olivæ nucleo in ampullam angusti oris immisso, qui transversus

---

Attamen ut clarius arti lumen affulgeret, optandum esset sanè, ut inter omnes obstetricantes, de descriptionibus tùm pelvis, tùm capitis fetûs, nec non imponendis nominibus conveniret. Unusquisque etenim pro nutu dimensiones atque diametros exarat, exponitque, & ex his ambagibus, artis principia difficiliùs hauriuntur.

(4) *Pratique des accouchemens, par M. ALPHONSE LE ROY, D. M. P. Paris, 1776, chez Leclerc. p. 54, 61, 106 & seq.*



30 *De Sectione Symphyseos*

foràs educi non posset, assimilavit. Quòd si divus Senex id de solo capite, non de toto fetu dixisset, jam ultimum imposuisset arti fastigium. Multifariè etenim in pelvim decedens maxima capitis diameter, sinistrorsum vel dextrorsum, anticam aut posticam pelvis partem unâ alterâve suâ extremitate respicit; diversæ hinc posituræ, quarum aliæ magis, aliæ minùs parturienti opitulantur. Dùm igitur prono diametri suæ longioris alter-utro termino, præceps in freta ruit caput, si inguini obversum occiput descendat priùs, res est in vado; si mentum, tunc iter inexsuperabile. Hujus impedimenti ratio cunctos, DE VENTERUM (5)

---

(5) Cùm mentum à pectore recedit, tunc

*Ossium pubis. Articulus I. 31*

præter & SMELLIUM (6) latuit obstetricantes. Mutuam anterioris diametri pelvis rationem requirit transversa capitis diameter. Ne verò egressum capitis morentur eminentiæ parietales, sapientis naturæ beneficio, una prior alterâ in descensu volvitur. Harumce mensurarum positionumque variarum ignoratione turpi, obstetriciâ in arte imis summa permixta sunt. Utero duntaxat prospiciebant Veteres, de cæteris parùm solliciti. Cùm omnis partui præclusa via ipsis videretur, ut vita matribus superstes

---

perfici nequit partus, juxta DEVENTERUM.  
*Observations sur le Manuel des Accouch.*  
chap. 37, p. 207. 1733.

(6) SMELLIE, *Traité de la Théorie & de la Pratique des Accouchemens.* Paris, 1771.



32 *De Sectione Symphyseos*

maneret, nec mora, pueros mactabant; & sancitâ lege (7), tantummodò in parturientis cadaver sectionem Cæsaream instituebant, ut vivus in auras prodiret infans. Circa statum uteri, circa mensuras positionesque non-nulli cæcutivêre neoterici, qui naturalium nescii capitis positionum, varios illas sortiri difficultatis gradus, & non-nunquam per eas impossibilem fieri partum non noverunt. Hînc illegitimas positiones, quæ solâ manuûm industriâ ad naturales revocari potuissent, proportionis defectum existimantes, ad instrumenta confugêre & inconsultè ac immanitèr intima ventris ferro

---

(7) Justinianus, Digest. lib. xi. tit. 8.

*Ossium pubis. Articulus I. 33*

Sæpè sæpiùs penetrarunt (8). In his  
verò extremis, ubi sectio Cæsarea spes  
miseris ultima lucet, de aliâ recens  
inventâ operatione, nempè *ossium  
pubis Symphyseôs Sectione*, cum  
omnibus bonis lætemur. Cæsareâ  
operatione promptior tutiorque,  
ipsius loco ut plurimùm celebranda  
venit. Nunc scrupulosâ indagine,  
quibus hæc præ alterâ usurpari de-  
beat, distinguendi casus; mòxque  
perperfos, quantâ valemus diligen-  
tiâ, differentiarum modos enarra-

---

(8) Quod ubique legere est; vid. verb.  
gr. *Parum Cæsareum*, ROSSETO Authore.  
Parisiis 1590.

CRANTZ de re instrument.

LEVRET. *Accouchemens laborieux*, pag.  
238. 1751.



34 *De Sectione Symphyseôs*

bimus. Priùs autem, quo pacto dux  
natura, Sectionis Symphyseôs inven-  
tori facem prætulerit, levitèr adum-  
brare liceat.



## ARTICULUS II.

**CARTILAGINUM** pelvis per totum graviditatis curriculum intumescencia. Ex ossium pubis naturali diductione perspectâ, eorum Symphyseôs Sectio proponitur. Præclarum rejicitur inventum. Nova & in animantibus vivis, & in puerperarum cadaveribus tentantur experimenta.

**A** PRIMÔ gestationis tempore ad puerperium, emolliri Symphyseôn (1) pubis iliûm que cartilagines

---

(1) Per omne etiam vitæ spatium moveri pubis ossa multi opinantur; quotiescumque scilicet elatis sursum pedibus convolvitur



36 *De Sectione Symphyseos*

& ligamenta, relaxari, elongarique etiam-nùm dubitare nefas. Ex providæ & sagacis naturæ instituto, crassiores in feminis quàm in viris occurrunt cartilagines. In gravidis quibuscunque non eadem se se deductionis signa proferunt; attamen semper ità mollescunt cartilagines, ut facillimè scalpello dividi possint: rariùs autem eò usque disjunguntur, ut motui cuicunque ossa pelvis ministrent & obsequantur: cujus dilationis causam evolvere conantes Physiologi mechanici, vasa sangui-fera ab utero ampliore sic comprimì

---

corpus; cùm truncatis infelicitè cruribus incedere animus est; & imprimis, cùm vehementi congressûs venerei trepidatione motantur artus.



*Ossium pubis. Articulus II. 37*

tradiderunt, ut seroso infarctu tumidæ cartilagine à se invicem ossa pelvis dispellerent. Exemplum à ligno arido immensæ rupis in rimam immisso, quod postea madefactum enormes ex eâ divelleret tabulas, sumpfere. Media inter vertebra cartilago, quæ nocte accrescens, nos matutinis horis proceriores reddit, eorum etiam opinioni favere visa fuit. At corporis pondere interdum comprimuntur, noctum restituuntur elasticæ vertebrarum cartilagine. Symphyse autem pelvis continuo irrorantur humore, nec tamen, nisi graviditatis tempore, crassiores evadunt. Eorum ideò explanationibus rejectis, germanam horum phænomenon causam à principio vegetativo per totum gestationis decursum



### 38 *De Sectione Symphyseos*

ad has partes sensim appellente deducimus. Illa vis etenim quâ sese attollunt substantiæ molles organis instructæ, incredibilis est & potenti similis. Nonne (2) tenerior herba ponderosos submovet lapides? Nonne ergastulum durius frangit intumescens germen nucleo densissimo coarctatum? Nonne proserpentes polypi, ossa narium, palatî & malæ, à suâ sede, robustâ quamvis articulatione concatenata dejiciunt?

---

(2) Vid. *Observat. & Histor. de generatione* à GUILL. HARVEO excerptæ, in ordinem redactæ studio JUSTI SCHRA-  
DERI. M. D. Amstelod. 1674, pag. 123.

Hæc etiam observavit, & publicè professus est illustr. BERNARDUS DE JUSSIEU, dum rem Herbariam in Horto Regio Philiatros edocebat.



Nonne folius naturæ *vegetantis* impetu in immensum turgent (3) uteri fibræ & expanduntur? Eo tunc tempore, principii *solidificantis* solutionem moliri (4) natura videtur. To-

---

(3) Vid. GUILL. HARVEI, *citat. Observ. de generat. &c.* pag. 49 & sq.

(4) Hanc quoque, tum privatis, tum publicis lectionibus opinionem explicuit CLARISS. M. ALPH. LE ROY, qui artem obstetriciam dilucidius proficitur, & multa jam in artis incrementum excogitavit.

Vid. GALENI. lib. *de semine*, cap. 10. *de modo quo singulæ fetûs partes orientur.*

Vid. CREMONINI *de semine* opusculum, in quo egregiè plurima de generatione agitantur.

Vid. Novas opiniones & experimenta nova de ossibus, à Clariss. M. Hérissant, *Mémoire Acad. des Sciences*, in-4°. ann. 1758, p. 322. 419 & seq.



40 *De Sectione Symphyseos*

tum etenim prægnantis mulieris  
systêma hacce solidâ partim defrau-  
datur materiâ quæ efformando fetûs  
corpori ad matricem devehitur; undè  
in gravidis mollior teneriorque ossea  
compages, cartilaginosa, muscu-  
losa, &c.; undè ossa fracta nunquam  
ferè coalescunt, nisi gravidæ fetum  
ejecerint; undè sicuti in Calculosis  
& Podagricis, vagi articularum do-  
lores; undè frequens cachexiæ con-  
spectus; undè urinæ sæpiùs turbidæ;  
sedimentum deponentes; undè quæ-  
dam infirmiores feminae totis, ut ita  
dicam (5), liquatæ artubus, grandi-

---

(5) Mulieri SUPIOR, omnium ossium  
solutione laboranti ineptè suatum est, ut  
denuò conciperet. Dùm autem utero ges-  
tabat, in dies ita mollescebant ossa, ut ea  
ductilia dixisses. Fetum denique vegetiorem



*Ossium pubis. Articulus II. 41*

ores tamèn fetus crassioresque, cunctis stupentibus, edunt.

Hanc genuinam naturæ agendi normam prope-modùm attigère primarum Ætatum Medici, qui tres pelvis symphyfes totidem veluti articulationum modos intuentes, eas in partu quasi disruptas hiare scripserunt. Judæi (6) artes ægyptiacas

---

enixa est. Vide *Histoire de la mal. singul. de la fem. Supiot, par M. MORAND, D. M. P. 1752.*

(6) Exod. cap. 1, v. 19. ZOAR. Comment. in hunc locum, sic fatur: « Haud » facilè quicquam aliud magis mirandum » in totâ rerum naturâ reperias, quàm » distractionem illam ossis pubis quæ fit in » parturientibus, magno juvamento naturæ, » seu potiùs providentiâ quâdam dei, cui » natura ipsa ministrat ».



41 *De Sectione Symphyseos*

edocti, Medicinæ princeps HIPPOCRATES (7), deindè GALENUS, hancce sectati sunt opinionem. Ex Arabibus, AVICENNA (8) hanc ossium pubis divulsionem *unum veluti ex validissimis Naturæ operibus* celebrat. At recentiores cùm à longinquo post puerperium intervallo ossium pelvis connexionem scrutarentur, ob firmiorem tunc cartilaginum compactionem, nullo modo hæc ossa abscedere posse palàm pro-

---

(7) « Ex puerperis præcipuè laborant  
» quæ... & totum quidem corpus dolor  
» occupat, præcipuè verò lumbos & coxenas  
» dices quæ ipsis diducuntur ». *De naturâ pueri*, ex FOESIO.

(8) Lib. 3. fen 21. Tract. 1. cap. 2. pag. 924, tom. 11. Venetiis apud Juntas, ann. 1508.



*Ossium pubis. Articulus II. 43*

fessi sunt. Hos inter præsertim eminet vir in rebus Anatomicis maximi ponderis VESALIUS (9), qui tamèn (rumorem vulgi referens quo dicebatur quasdam apud gentes, natis nupèr puellis, partûs facilioris gratiâ, *comprimi pubis ossa & disjungi*) ex ipso errore veritatem educere debuisset. FERNELIUS etiam noster (10) quem meritò *Hippocratem gallum* vocant omnes, mancâ delusus experienciâ, benè multos sub opinionis suæ subjunxit imperium. Verùm JACOBUS D'AMBOISE (11), HEN-

---

(9) Fato functus ann. 1564, vide *de corp. hum. fabricâ*, libr. I, cap. XXIX, p. 111. Lugd-batavi, 1725.

(10) Moritur ann. 1557, vide *de hominis procreatione*, lib. 7, cap. 11, versûs finem.

(11) Vid. *Notice des Hom. les plus*



44 *De Sectione Symphyseôs*

RICO MAGNO devinctissimus & de eo ob servatas ipsi res publicas benè meritus, quem etiam unum è suis clariorem sinu fovisse gloriatur SAL. FAC. PAR., fallaci tantorum virorum judicio oppressam Antiquorum doctrinam restituit denuò & erexit. Anno 1579, in Chirurgorum amphitheatro, mulieris 24 annos natæ, decimo à partu die, suspendio enectæ secuit cadaver, & cœtui numerosissimo, ossium pubis & iliûm mobilitatem oculis digitisque conspicuam mirâ exposuit arte. Hujusce postea

---

*célèb. de la Fac. de Méd. de Paris, par M. HAZON, D. M. P. in-4°. pag. 87. 1778.*

SEVERINI PINÆI opuscula Phys. & Anatom. lib. II. cap. 8. p. 181.

*Ossium pubis. Articulus II. 45*

opinionis tenax fuit Schola Parisiensis. Hanc nobis RIOLANUS pater (12) natusque, ambo in Anatomia versatissimi, passim in operibus sparsam tradiderunt. Nostrâ ætate, illustriss. M. BERTIN (13), D. M. P., veterum opinionis se propugnatorem acerrimum præbuit. Persuasi sunt omnes, eum, sic rebus institutis, naturæ finem fuisse, ut

---

(12) Moritur Pater anno 1605, filius anno 1657.

(13) Vide Thesim: *An ossa innominata in gravidis & parturientibus diducantur?* 29 Januar. 1739. Præsides M<sup>o</sup>. M. PH. BOUVART.

Vid. Thesim: *an sub partu emoveantur ossa?* Discuss. Tub. 1774. A S. C. SEEGER.



46 *De Sectione Symphyseos*  
facilior (14) scilicet salubriorque  
fetui excludendo sollicitaretur exitus.  
Ossa pelvis *exarticulari* & omnino  
quandoque operoso in partu, carti-  
lagines lacerari animadvertentes artis  
ministri, quis solus esset naturæ  
conatibus auxiliandi modus, animo  
volutare nequidem ausi sunt. At tan-  
dem CL. SIGAULT, D. M. P. hæc  
altâ mente diù revolvens, solus (15),

---

(14) *Les os du bassin souffrent écartement & diduction, &c. parce que les cartilages intermédiaires devenus insensiblement plus épais, donnent une plus grande capacité au bassin; le cercle des os qui le compose, en devient plus ample... de l'écartement des os du bassin. Mém. Acad. Chir. in-4°. Tom. IV, p. 71.*

(15) Nonnulli sunt qui inventionis gloriam M<sup>o</sup>. SIGAULT invidentes, alios eadem



divino quasi afflatus numine, quam

---

cogitasse prædicant, & sequentibus suam  
sententiam confirmare conantur. Ex S.  
PINÆO, opusculo citato, lib. II, p. 210  
& seq. «Partes ignobiliores nec non con-  
» tinentes seu externæ non tantum dilatari,  
» sed etiam secari tutò possunt, ut internis  
» (nobilioribus) succurratur, ut GALENUS  
» ait. At nemo sanè est mediocritèr in Me-  
» dicinâ versatus, qui non noverit pueros  
» in utero contentos multò nobiliores esse  
» maternis ossibus pelvim, ut vulgò loqui-  
» mur, constituentibus. Quarè ossa pubis  
» ab invicem necessariò & ossa iliùm ab  
» osse sacro distrahi in puerperio naturali  
» concludimus...» SIGUALTINAM sectio-  
nem mente comprehensam habuisse PINÆUM  
primo quidem aspectu videtur. At ex antè  
scriptis, & ultimâ citatâ phrasi, eum his in  
rebus veterum imitatore, naturæ potiùs  
agentis miracula observasse liquet, quàm



48 *De Sectione Symphyseos*  
monstrarat natura, viam, ingreditur.

---

novæ operationis in artis augmentum instituendæ inivisse consilium.

MAURIC. CORDÆUS in eos qui ossium pelvis diductionem negant, sic invehitur :  
« De quâ qui dissident, ab omni ratione  
» secandi sanè dissideant ». Quid autem  
sibi vult illa vox *secandi*? Nonne *Ana-*  
*tomisandi* loco? Ut frequentius apud Ana-  
tomicos usurpatur. Vide M. Cordæi *Com-*  
*ment. 1. in lib. 1. Hippocratis*, sub fin.  
in-fol. argentinæ, 1597.

Nodum penè expedit RIOLANUS Pater :  
« Solvi tamèn jure dici possunt ( *juncturæ*, )  
» quod summa illa distensio, species quæ-  
» dam solutæ continuitatis esse videatur. »  
*Anatom. cap. XI. p. 183.*

Vid. AETIUM, JACOB. CARPUM, AL.  
BENEDICTUM, SYLVIVM, GORRÆUM,  
JOH. CAJUM, SPIGELIVM, THOM. BAR-  
THOLINUM, & alios innumeros quorum  
referre nomina supervacaneum ducimus.

Conceptam

*Ossium pubis. Articulus II. 49*

Conceptam animo & in cadaveribus expertam Symphyseôs pubis sectionem, ut Cæsareæ loco adhiberetur, R. CHIRURG. ACADEMIÆ, anno 1768, proposuit. Id tùm explosum rejectumque, aut saltèm neglectum est. Laryngis costarumque cartilagine instrumento refecatas apprimè rursùs coalescere norunt omnes; nihilo-minùs tamèn pubis Symphysim ferruminari posse negatum est. D. CAMPER percelebris apud Batavos Medicinæ professor, in cadaveribus iteravit experimenta (16), nova tentavit in animantibus, & divisas callo firmissimè connecti partes certior factus, utilissimam fore *syn-*

---

(16) In Epistolâ ad van GESSCHER.  
p. 141.



50 *De Sectione Symphyseôs*  
*chondrotomiam* confidentiùs & au-  
dacter asseruit. Celebratâ in cada-  
veribus hâc operatione, supra pol-  
licem unum suâ sponte dehiscere  
pubes unâ retulerunt illi insignes  
Viri (17), & hiatum in vivente  
longè majorem extemplò successu-  
rum jurè suspicati sunt; ipsismet

---

(17) Vid. Epistolam mòx cit.

Vide Thesim M. SIGAULT, Ande-  
gavi propugnatam anno 1773: *An in partu*  
*contra naturam, sectio symphyseôs ossium*  
*pubis, sectione Cæsareâ promptior &*  
*tutior?*

Vid. etiam Thesim D. MORAND DE  
LA ROUSSE, Monspel. propug. ann.  
1772: *An sectio Symphyseôs, in partu*  
*difficili ubi sectio Cæsarea, aut instru-*  
*mentorum usus requiritur, huic ampliori*  
*auxilii generi sit anteponenda?*



*Ossium pubis. Articulus II. 51*

enim frigidis cadaveribus cum crura dimovissent, ad duo, vel etiam, virum majori adhibitâ, ad tres usque pollices pubum diductio facta est. Omnes quoque, ac longè multò post, ingenii sui nervos intendit M. ALPHONSUS LE ROY, ut rem novis tentaminibus illustraret; quam primò, cum hanc levitèr tantùm attingisset, sibi maximè diffidens publicè proponere veritus est. Verùm occasione (18) datâ, super tepens

---

(18) Vid. Quæstionem Medico-Chirurgicam: *An in omni partu, prægnanti vitam servare possit obstetricans expertus?* Propugnata Monspeli, anno 1776, à J. H. V. CHANDON, pag. 8.

Quæ etiam legere est in opusculo, quod hoc ipso temporis puncto, quo prodit hæc nostra dissertatiuncula, in lucem editur, sub



52 *De Sectione Symphyseôs*

nupèr enixæ cadaver cui, ut ex ipsius ore didicimus, crura divaricaverat, ossa pubis scalpello divulsa à se invicem vidit  $2\frac{1}{2}$  pollicum intervallo facillimè recedere; tùm derepentè visus est SIGUALTINÆ operationis patronus & defensor. Eundem, institutâ sectione, rictum obtinere si volueris, eo ipsissimo ferè momento quo misella efflavit animam puerpera, ad operationem properes; cave alioquin ne ludas operam; *humidum* etenim *radicale*, calor vitæ citò diffilantur, & membra lethi gelu rigentia sese paululùm elongari vix patiuntur.

---

titulo: *Recherches historiques & pratiques sur la Section de la Symphyse du pubis, pratiquée le 2 Octobre 1777, sur la femme Souchot. pag. 17 & suiv.*



### ARTICULUS III.

*EX aptè & satis amplè divisâ pubis  
ossium Symphyfi, atque è variis in  
pelvi deformatâ cognitis angustiae  
gradibus, partitionis mechanismus  
evolvitur. Quibus in casibus ante-  
ponenda sit Cæsareæ sectioni sectio  
SIGUALTINA, & vice versâ.  
Eorum quoque per transfennam  
exponitur opinio, qui partum sua-  
dent prophylacticum.*

**N**E dulces expavescat hymenæos  
puella tempestiva viro, cùm se for-  
mæ opibus superbam cunctisque sym-  
metriæ absolutam numeris agnoverit.  
Venuustum etenim staturæ decus,  
conveniensque & adæquata mem-



54 *De Sectione Symphyseôs*

brorum compages, omnes ipsi felices partus futuros, omine læto prænuntiant. Quæ autem vel morbo; vel naturæ erroribus deformis, vertebrarum dorſi portentosa declinatione, repandis cruribus, titubanti gressu, omnibus miserationem movet, sæpiſſimè adhuc, in miseriæ cumulum, ossium pelvis distorsione & collapsu laborat. Hancce malam fortita fortunam virgo, nullos spiret amores, senescat inculta. Quòd si temerè marito subjecta, aut sui si parùm compos, libidinis ardore plurimùm incensa conceperit, quid maturo fetu peragendum? Convellitur uterus, exitum molitur infans; omnis via naturalis omninò præcluditur: sectio ne cæsarea, sectio ne Symphyseôs ossium pubis instituenda? Rem



*Ossium pubis. Articulus III. 55*

paulò altiori repetamus indagine ,  
pelvimque rursùs , infantisque caput  
parumpèr lustremus.

Triplici osseo quasi triangulo  
compingitur pelvis. Apices deorsùm  
spectant, fursùm in orbem conjun-  
guntur bases. Duplex fretum : infe-  
rius unum , tribus triangulorum api-  
cibus terminatur , coccyge scilicèt  
& duobus ischiaticis tuberibus. Ba-  
sibus in pelvis marginem coëun-  
tibus alterum superius efformatur.  
Pelvi deterius extructâ , sive ni-  
miùm *divergant* apices , sive ad  
symphysem anteriorem , plus justo  
accesserit Sacri basis , fretum inferius  
multùm dilatabitur & angustabitur  
nimiùm superius ; sic etiam , vice  
versâ , alternabit magnitudinis pro-  
portio ; cœterùm , fermè semper ita



56 *De Sectione Symphyseos*

res evenire diligenti constat observatione.

Cùm autem transversa capitis diameter longa sit ut plurimum  $3 \frac{1}{2}$  pollices, ultràque sæpiùs excurrat, ità & anterior freti superioris diameter non infra  $3 \frac{1}{2}$  pollices debet consistere. Idem sit de inferioris freti diametro. In hâc ultimâ pelvis dimensione, si utramque inter capitis tuberositatem quatuor numerentur pollices, transmitti non poterit caput, licet una tuberositas alterâ prior descenderit. At hoc insolentè & rarò contingit, nec ità sæpè ad 4 pollices crescit transversa capitis diameter, &  $3 \frac{1}{2}$  pollices fermè sempèr superare observantur anticæ pelvium diametri. Hoc posito tamèn leviori propor-



*Ossium pubis. Articulus III. 57*

tionis defectu, nullâ ratione transfretare poterit caput, nisi vel ipsum forcipe pressum fiat angustius, vel naturâ (1) molliusculum, arctio-

---

(1) Fetus capitis Symphyfes laxæ sunt & hiantes. Hujus namque ossium anguli tunc temporis membranacei, hinc & inde molliora efformant spatia quorum latiora *Fontanellæ* vocantur; & eò usquè sic remanent, donec paulatim coalescant, & tandem in lapideam ferè duritiem solidentur. Omnis igitur formæ propemodum patiens est infantile caput futuris mollibus distinctum & fontanellis. Hæc tenuia flecti queunt ossa, & ita comprimi, ut unum super aliud transgredi, sicque mutari possit capitis figura. Ex dictis aliundè omnibus est in confesso dimoveri posse ossa pubis & sejungi. En duabus utitur viis natura, ut nempè, cum vel grandius sit fetus caput, vel angustior pelvis, per capitis compres-



rem permeando tramitem elongetur.

---

sionem, & simul per ampliationem pelvis, major quandoque exituro fetui pateat hiatus.

Diarii cui titulus : *Gazette de Santé*, perspicacissimus Autor M. PAULET D. M. P. tantam in parturiente quâdam animadvertit pubis cartilaginum relaxationem, ut inter ossa plusquam digiti latitudo immitteretur. Tum citò faciliùsque mulier enixa est. Vidit aliàs ità compressum infantis caput & elongatum, ut per arctius iter, nullâ præviâ operatione, celerius elapsum fuerit, cui emissio legitimam dextrâ leviori formam largita est obstetrix. Ex ejusdem adhuc colloquiis hausimus Monspefulanum quemdam Doctorem Medicum extare, cujus caput in partu mirabiliter extensum fuerit; & licet eodem in statu semper remanserit, non tamen ipsi mentis facultates ullo modo turbatæ sunt. At indè tanta deformitas orta est, ut ipsi peculiarem consultò petasum contexi necessum sit, utque ipsum cachinnis obvii omnes insectentur pueri.



Vide insuper : *Gazette de Santé* , 1775 ,  
n<sup>o</sup>. 12. 1778 , n<sup>o</sup>. 3.

Cùm Cæsaream Sectionem aggredi meditarietur D. SOLEYERÉS D. M. M. super gravidam , cujus freti superioris diameter anterior ad  $2\frac{1}{2}$  pollices vix accedebat , ingenti nixu subitò elongatum caput , per minimum pelvis cavum traductum est. Maxima interim capitis diameter , 9 pollicum longitudinem assumpserat.

D. COLON DE LA MOTTE dextrerrimus Nosocomii generalis dicti *Bicêtre* Chirurgus , nuperrimè narravit nobis mulierem quamdam nono mense gestationis peracto , gravissimis conflictatam doloribus , partus instare momentum omnibus indidisse opinionem. Diu versata est in extremis. Angustio rem pelvim , aut crassio rem fetum prænuntiabant omnes. Naturæ tamen viribus omninò committitur. Subitò dolores cessant , recrudescuntque identidem ; at octo



post dies, adhibitis frequenter aquæ tepidæ balneis, vegetiorem & vivum homuncionem expeditè propellit.

Similia passim legere est in cunctis Clinicorum libris. Vid. imprimis *Miscellanea curiosorum naturæ*, &c. &c.

Vid. *Traité des Accouchemens par Puzos, Chirurgien, &c. &c. corrigé & publié par M. MORISOT DES LANDES, D. M. P. Paris. 1759. pag. 10 & suiv. &c.*

Relativè ad fetum majorem potest esse angustior pelvis, ad fetum verò minorem, rectè conformata. Hinc matribus quæ quondam promptius fetum ejecerunt, quidam alter partus difficilis, aut quandoquè impossibilis fieri valet.

Quædam adhuc extant mulieres Cæsaream operationem passæ, quæ tamen non ità multò post penè citra dolorem pepererunt. Sic non deerunt quibus, legitimè licet totis artibus extractæ sint & feliciter jam enixæ, pravæ tamen positionis, aut am-



*Ossium pubis. Articulus III. 61*

Quæ si antea prævideri queant ,

---

prioris fetûs capitis causâ , secunda erit pubis  
ossium Symphysis.

Cùm vitium duntaxat oritur tum ex  
paulò ampliori fetûs volumine relativè ad  
pelvim , tum ex paulò angustiori pelvi rela-  
tivè ad fetum , nobis non dubium est quin  
nimium sæpè veniant in usum instrumenta.  
Namque gradatim & sine sensu viam natura  
tentat , ut grave tandem expellat onus. Huic  
ne citius occurras ; sola plerumque perficiet  
operam. Interdum tamen impares esse ejus-  
dem naturæ vires , tuncque matres aut  
puellos sub partu occumbere posse non ibi-  
mus inficias. Studiosè igitur attendere Me-  
dicus debet , ut omninò planè cognoscat  
quousquè cunctandum sit. Cùm autem cog-  
noverit prægnantis vires languescere ,  
tum ne illa omninò fatiscat , sectionem Sym-  
physeôs noxâ sine ullâ usurpandam esse  
arbitramur.



62 *De Sectione Symphyseos*  
septimo (2) aut octavo mense pro-

---

At ubi moram & impedimentum partui interponit pelvis ossium pravitas, quamvis nonnunquam mirum in modum mollescat & extendatur caput: ne tamen fidenter & diutius expectes. Verum enim verò notandum est capitis ossa non rarò præmaturâ ferruminatione solida adeò firmaque reperiri, tu inflecti nullo modò possint.

(2) Prægnantis uteri hæmorrhagias sanare per arduum. Ità namquè sæpiùs marcescunt fetus, contabescuntque matres, ut brevì temporis lapsu ambo simul intereant. Cùm diù jam effluxit larga sanguinis copia, tunc, nisi fetus expellatur, nullâ ratione servari matres possunt, ut apprimè innotuit Clariss.<sup>o</sup> M<sup>o</sup>. CHOMEL D. M. P., qui tunc nec mora, deveniendum voluit ad operationem quam sic describit: « Collocatâ » convenienter ægrâ, obstetrix digitis bu- » tyro recenti vel oleo inunctis, os uteri

*Ossium pubis. Articulus III. 63*

moveri posse partum opinamur.

---

» tangat , sensimque dilatat , ità ut digito-  
» rum omnium apices possit intrudere. Om-  
» nia tunc cum judicio , arte & industriâ  
» peragenda sunt , pro re præsentî , pro fetûs  
» ætate ; ore uteri ampliato , membrana  
» digitis laceranda est ; in ruptam mem-  
» branam , favente aquarum lubrico flu-  
» mine , immittenda manus , infantis pedes  
» suo loco quærendi , seposito quovis alio-  
» membro , ipso-met capite , &c. &c. »

Vid. Thesim : *An prægnanti , superveniente uteri hæmorrhagiâ , partus manu promovendus ?* §. IV. Propug. ann. 1742 , rursûs ann. 1778.

Iisdem institit vestigiis dexterrimus Chirurgus Puzos. Vid. citat. opus : *Mémoire sur les pertes de sang qui surviennent aux femmes grosses , &c. pag. 334. & suiv.*

Vid. Dissertat. *de necessitate accelerandî partum.* Lipsiæ. 1755. à CHR. GOT. TRAUTMANN.



64 *De Sectione Symphyseos*

Si verò ad ultimum usque nom

---

De his quoque celeberrimi ipsius VAN-SWIETEN sententiam omnium oculis subjiciamus.

« Cùm ante septimum mensem expulsus  
» fetus, rarò vel nunquam superstes ma-  
» neat, hìnc tales sub abortûs nomine com-  
» prehendere solent Medici : cùm verò plu-  
» rima exempla habeantur fetuum septi-  
» mestrium, qui [diù non tantùm super-  
» vixerunt, sed & ad bonam senectutem per-  
» venerunt, hìnc tales partus non vocantur  
» ampliùs abortus, sed simpliciter tantùm  
» præmaturi. BOERRHAAV. *comm. aphor.*  
» 1296. *Parisiis*, tom. 4. pag. 416. »

Alio in loco uberiùs fusiùsque præma-  
turi partûs promovendi methodum enarrat.  
*Aphorif.* 1308. pag. 452.

His omnibus ritè perpensis, Autor fuit  
Clariss. M. LE VACHER DE LA FEUTRIE,  
D. M. P. ut quibusdam in casibus hæcce pro  
mensis



*Ossium pubis. Articulus III. 65*  
mensis diem pervenerit graviditas;  
si instet hora, resque malè vertant,  
tentanda est illicò sectio Symphy-  
seôs.

Hâc peractâ, duo præsertim ani-  
madvertenda sunt, ex quibus tota  
pendet sectionis utilitas : *stupenda*  
*videlicet pubis ossium dehiscencia,*

---

Cæsareâ admitteretur operatio; ut nempè  
pro majori vel minori ossium pelvis defor-  
mitate, septimo scilicet, vel oétavo gesta-  
tionis mense per artem sollicitaretur partus.  
Namque tunc temporis fetuum capita legiti-  
mam non sunt molem adepta, eorumque  
molliora extenduntur ossicula, & è suo loco  
faciliùs dimoventur; undè procliviùs per iter  
angustum transmittuntur puelli, viventes  
nascuntur, ad extremamque valent senectu-  
tem canescere; &, præmissis venæ sectioni-  
bus, balneisque &c. &c. neutiquàm puerpe-  
ris verendum est.



66 *De Sectione Symphyseos*  
& anterioris diametri pelvis elonga-  
tio. 1°. Etenim, si separentur ossa  
pubis, tum à lineis aliquot ad  $2\frac{1}{2}$  pol-  
lices & amplius à se invicem remo-  
veri possunt. 2°. Dùm ea sejunguntur,  
hinc & indè (3), & simul antroorsum

---

(3) Pubum solutâ unione, non transversâ  
tantum augetur pelvis diameter, sed & an-  
terior: quæ si, pelvi integrâ, 3 pollicibus,  
v. g., cum 6 lineis constaret, per sectionem  
se motis uno pollice ossibus, ad 3 pollices  
cum 8 vel 9 lineis ascendit, &c. &c.

Die 12 Novemb. 1777, nonnulli Medici  
Doctores, & Chirurgi convenerunt, ut in  
puerperâ recens fato functâ facerent expe-  
rimentum. Unus è Chirurgis rem dexterè  
orsus est. In pelvi cujus erat Sacri ad pubem  
distantia 4 pollicum cum 2 lineis, cum  
ossa ad 2 pollices discessissent, planè &  
perspicuè demonstratum est distantiam



*Ossium pubis. Articulus III. 67*

divisa eorum extrema vertuntur. Indè  
fit horum - ce extremorum eò major  
ab osse sacro recessus, quò latiori

---

pubum à Sacro visam fuisse  $4\frac{1}{2}$  pollicum  
ad latus dextrum, ad sinistrum verò 4 pol-  
licum cum 7 lineis : quod discrimen ab inæ-  
quali femorum divaricatione quidam repe-  
tunt. Si igitur ad pollicem unum divisio fiat,  
augmentum erit 2 aut 3 linearum. Si ad 2  
vel 3 pollices, augmentum erit 4 vel 5 ;  
6 vel 7 linearum, &c. &c. Cùm autem  
tres exuperat pollices hæcce divisio, tunc  
ad externum sacri parietem recedere ossa  
iliùm, & postea minui anteriorem pelvis  
diametrum, nedùm augeatur, animadvertit  
jam laudatus Clariss. M. GOUBELLY. Ea  
autem tanta diductio nihil ad nostram The-  
sim refert, cùm sola 2 aut  $2\frac{1}{2}$  pollicum de-  
hiscencia pro omnibus mox enumerandis  
casibus sufficiat.



pubes intervallo diffident. Jàm commemoravimus transversam capitis diametrum anteriori pelvis diametro ut plurimùm respondere, & non minimas in partu necere posse cunctationes. Divisâ nunc pube, quò distabunt magis ossa sejuncta, eò major erit ejusdem anterioris diametri pelvis elongatio, eòque major interspatium adauctum prominebit parietalis tuberositatis, aut alia quævis tenelli capitis portio, quæ non amplius intra pelvis angustias continebitur; hinc patefacto in ambitum majorem itinere, quasi per viam regiam & patentem feliciùs erumpet infans.

Si quandò transversa pelvis diameter adeò minor esset, ut partui injiceretur obex, eò plus à Sym-



*Ossium pubis. Articulus III. 69*

physeôs sectione sperandum foret; cum exindè longè magis adhuc hæc transversa pelvis diameter quàm anterior, ampliatur; quod quidem patet meridianâ luce clarius.

Ex hoc solo mechanismo intelligi potest capitis infantilis per dilatata pelvis freta transgressio. Quidquid autem hâc de re disceptatum est, ex eo duxit originem, quòd & ad capacitatem (4) sectæ pelvis &

---

(4) Tum ligamenta pelvis cartilagineeque pro nutu, ut ità dicam, relaxantur & elongantur. Sunt tamen qui minimè illam ampliari posse contendunt. Hos in errorem adduxit CL. ROEDERER D. M. Vid. *Elem. art. obst. §. 27. p. 11. & seq. 1753*. Intro-ferri sacrum à divulsis vel paululùm ileis ossibus susurrant, quasi infantis caput musculorum abdominalium contractione & ab utero ex-



ad capitis formam ejusque positionem minùs attenderint adversarii. Habuerunt enim infantis caput ut spharoidæum, pelvim ut circularem aut ellipticam, indèque extruxère theoremata geometrica quibus rue-

---

pellente propulsum, cuneique vehementer impulsu vices gerens, non undequaque (dummodò tamen tres non excedat pollices divisio) ossa innominata & ipsum quoque sacrum extra-pelleret. At sequentibus D. D. SIGAULT & CAMPER experimentis clarior elucescit veritas. Per pelvim angustioris grandioris fetûs caput cum transmittere vellet M. SIGAULT, symphysem secuit; tunc mirum quàm facilè, solâ adducente manu, pertransiverit caput. Dein circumjectâ in pelvim ligaturâ, rursus foràs educi non potuit caput, nisi solverentur vincula. Eadem coram auditoribus palàm manifestavit CLARIS. CAMPER. *Vid. Epist. jam citat.*



*Ossium pubis. Articulus III. 71*

et operationis nostræ fundamentum. Verùm comparationibus usi sunt cum ipsâ re minimè convenientibus.

Quæ cum ita sint, quò propiùs ad  $3 \frac{1}{2}$  pollicum mensuram accedet diameter pelvis anterior, eò minori indigebit divisionis spatio. Hæsit tamèn aliquandò caput in hâc pelvis dimensione. Intra pelyim  $3 \frac{1}{4}$  pollicum longitudine donatam incuneato capite, admissi forcipis ope (5) minimè pro-

---

(5) In pelvis ergastulo impeditum caput, ferreis tanquam manibus, forcipis adminiculo apprehendere tentat Medicus. Quod instrumentum ex voto semper intromitti nequit. Non rarò etenim omnia pelvis puncta contingit caput. Forcipis labia quæ certâ etiam crassitudine donantur, tunc intra fētûs caput & os uteri collocari nullomodo possunt; undè medentis irriti conatus.



72 *De Sectione Symphyseôs*

motum fuisse partum expertus est peritiss. Chirurg. D. PEAN. Verùm in his generatim casibus, forcipem primò, qui si prosperè non succederit, sectionem deindè Symphyseôs arripere debemus; non enim fas rem omnem fortunæ committere. Nihil plerumque à forcipis adhibitione in 3 pollicum casu sperandum est. Si demùm pelvis ad  $2\frac{1}{2}$  pollices angustetur, nullum est omninò (nisi quid extramodum accidat), neque in vi manuum ullâ, neque in ROONHUZIANNORUM vecte, neque tandem in forcipe SMELLII auxilium expectandum. In his igitur, solâ Symphyseôs sectione, ad dias luminis auras, salvâ matris vitâ, præceps & vivus expelletur infans.

Hâc ultimâ positâ pelvis angustia,



*Ossium pubis. Articulus III. 73*

si modò fiat, sectâ Symphyfi,  $2\frac{1}{2}$  pollicum divisio, ad 6, 7ve lineas supra naturalem suam longitudinem crescet diameter anterior: fiet igitur à sacro ad utramque pubem, distantia 3 pollicum. Nunc autem, si una è tuberositatibus parietalibus, aut alia quæcumque pars capitis intra femoras pubes excipiatur, tùm capitis volumen eâ portione sublatâ minuetur, & ob divisionem simul & anterioris diametri elongationem, quod de capite reliquum est, faciliùs elabetur; adeoque  $2\frac{1}{2}$  pollicum divisione factâ, nullum erit ità latum amplumque caput quod per freti vel superioris vel inferioris ostiolum transgredi nequeat. Hoc enim observatum nupèr fuit in muliere dictâ SOUCHOT, quæ, quam-



74 *De Sectione Symphyseôs*

vis ipsius pelvis ad  $2 \frac{1}{2}$  poll. angustaretur, transversa autem capitis fetûs diameter  $3 \frac{1}{2}$  pollices attingeret, nihilo-minùs sectâ Symphyfi facillimè & felicissimè peperit. Sed de hâc fusiùs infrâ.

Ex his solùm duobus felix puerperii eventus deducendus est: nempè *magnitudine divisionis*, quæ capitis partem haud exiguam debet excipere; *diametrorum pelvis tùm transversæ, tùm anterioris elongatione*, quâ dilatatur undequaque & expanditur utrumque fretum. Undè liquet apertè quòd in angustiori pelvi, ut in ipsâ duorum propè pollicum extensione, partus, paulò majori factâ Symphyseôs diductione, non improsperè succedere possit. Si viginti lineas distent à sacro pubis ossa, tunc



*Ossium pubis. Articulus III. 73*

aliquid utilitatis præstituram sectionem Symphyseôs asseverare non audeamus. Ad pollicem unicum contractos reperiri pelves rarissimum, vel potius imaginationis figmentum hicce casus dici potest.

Nostræ operationis indicatio non ex solâ freti superioris angustia colligenda est; namque fretum etiam inferius nimis coarctatum permulti nacti sunt. Aliundè perversæ posituræ causâ, quanquam rectè conformetur pelvis, in alter-utro fretto detinetur aliquotiès caput, nec semper facilis est ejus in exitum naturalem deductio. Debet quippè verticalem sequi descendendo lineam maxima diameter, quæ si, v. g., horizonti parallelam sese obtulerit, ipsam, occipite infra converso, in meliorem si-



76 *De Sectione Symphyseos*

tum (6), aut manûs, aut vectis, aut forcipis ope, referre conabitur peritus obstetricans. Hæc omnia forsân secundos habebunt exitus, si caput hæreat in inferiori freto, namque tunc effugio propius, minùs ægrè dextrâ & instrumentis hinc & indè verti potest; quàm facillimè etiam repellitur coccyx. Quòd si (at hoc infrequentius evenit) ambo simul freta contracta sint & collapsa, aut si caput occurrat crassius, tunc quan-

---

(6) Si iniquè positus in utero moretur fetus, tunc eum per pedes attrahi debere autumat D. MAURICEAU. Cùm sæpissimè alia methodus absque infantis aut matris discrimine usurpari nequeat, generale posuit præceptum, ut tunc per pedes educeretur puellus. *Traité des Femmes grosses. Liv. 2. Chap. 21.*



*Ossium pubis. Articulus III. 77*

doque sublimius superatur frerum,  
& in cavitatem inter utrumque  
mediam elongatum descendit ca-  
put. Liberiori nunc spatio recep-  
tum, priori redditur moli, recur-  
rentibus, jam sublatâ pressione,  
sanguinis rivis, ipsisque partibus  
elattere proprio & vi tonicâ se se res-  
tituentibus. Tùm rursûs mollescere  
nescium caput, infrâ descendere aut  
fursûm nequit assurgere; hæret im-  
mobile; fit *inclavatio vera*. Mille  
recensentur pravarum positionum &  
incuneationum species, quas omnes  
silentio premimus. Quòd si autem  
crebris molitionibus quidquam pro-  
cessurum desperatur, nùm dilaceratis  
in frustra membris, unco extrahendus  
est infans, ipsiusque vita morte hor-  
ribili commutanda? Hic Symphy-



78 *De Sectione Symphyseôs*

seôs sectio sola salutis anchora ; hæc sola vincit , triumphat.

Cùm geminatis artubus , duplici capite portentosus infans uterum distendit immanitèr , ne crudelioris Cæsareæ operationis aleam subeat mater, Monstrum ne maculis absurdum , certæque aliundè devotum morti , & cujus omnes deformitatem horrent ? Hosce confestim fetus è medio tollebant ( 7 ) Antiqui ; nos verò in re tanti quidem momenti ,

---

(7) « Apud Spartanos erat Lycurgi lege  
» sancitum , ut speciosus puer & formâ liberali , publicè educari : mancus verò &  
» deformis in loca vasta & prærupta exponi  
» vel in ultimas terrarum oras ablegari deberet. Idem legibus Romuli à primo ortu  
» urbis constitutum ferunt , ut si mancum  
» quid editum , aut monstrificum fuisset ,



*Ossium pubis. Articulus III. 79*

quidquam asserere admodum veremur. Nùm, donec ab arte meliora consequamur (& spes illa blanditèr mentibus arridet), eundem in censum referendi fetus hydropico capitis tumore, vel pectoris vel abdominis laborantes, necessariò ferè, partu absoluto, perituri?

At si fretum utrumvis ad pollices duos, aut viginti cicitèr lineas angustetur; si enormes ex innominatis ossibus sacrove protuberent exostoses; si fetus in tubis, ovariis vel abdominis cavo sumpserit incrementum; si sacro-

---

» statim à partu in flumen aut mare exponatur. »

Vid. *ALEXANDRUM AB ALEXAND. genialium dierum, libr. 2. pag. 98. Paris. 1575.*



80 *De Sectione Symphyseos*

iliacæ Symphyfes offeam contraxerint duritiem ; tùm aliquot & fat felicibus experimentis (8) innixi , sectionem Cæsaream vel ipsi proponemus. Cùm verò sit horrenda matri, sponso, proximis ; cùm (9) hæmor-

(8) ROUSSET. RULEAU. SIMON, Mém. Acad. Chir. t. I.

(9) Viâ vulgò dictâ *Beaubourg* uxor inauratoris cujusdam pictoris nomine MENGINOT, cui humilior statura, angustataque & inordinatim composita pelvis naturâ contigerat, die quartâ mensis Augusti horâ verò quintâ vespertinâ, operatione Cæsareâ multata fuit à D. LAUVERJAT, Chirurgo laud tamen artis suæ imperito, qui lineam abdominis quam vocant albam secuit. Quatuor in consilium adhibuit Chirurgos, & simul duos, ut nonnulli aiunt, Medicos Doctores ; duos tantùm Chirurgos ipsi assistisse contendunt alii. Nihilominus die  
rhagiæ



*Ossium pubis. Articulus III. 81*  
rhagiæ, effusiones in abdomen, her-  
nia, incarceration intestinorum, in-

---

ab operatione quarto, horâ quintâ vespertinâ  
mortem obiit. Nullus extracto fetu lochio-  
rum effluxus. Intumescencia ventris, tensio,  
dolor, inflammatio plûs plûsque increve-  
runt. Quidam à brachio, quidam à pede  
detractum sanguinem volunt. Multoties in  
balneum demissa fuit. De diætâ & præf-  
criptis medicaminibus tacent. Pridiè quàm  
è vivis excessit, per eandem fortè viam  
iter faciebat dexterrimus Chirurgus CABANY  
qui ab amicis rogatus ut ægram inviseret,  
gangrænâ jam manifestam pronuntiavit.  
Misellæ cadaver incisum est & exploratum.  
Quidquid de his actum est, etiam nunc in  
occulto latet. At omnibus bonis persuasissi-  
mum est, hosce Chirurgos quàm maximè  
humanitatis cultores & amicos, rerum ges-  
tarum & phænomenôn quæ civium vitas tam  
graviter amplectuntur, memoriale jam jam



## 82 *De Sectione Symphyseos*

flammatio, gangræna, convulsiones;  
&c. &c. sæpè sæpiùs subsequantur;

---

ante omnium oculos exposituros esse, & brevi propalàm rationes enumeraturos, quibus adducti sunt ut hanc potiùs quàm illam confecerint operationem. Omnes sedulò observationes, vel illæ etiam colligendæ sunt, per quas manifestum est ità remediis quandoque exasperatum fuisse morbum ut ægrotantem lethaliter oppresserit; cùm quis enim quodam in casu peccatum fuisse cognoverit, id maximè cavebit, ne eundem admittat errorem; & nos timemus reformidamusque, ne Cæsareâ sectione temerè & imprudenter usurpatâ, neci penè ineluctabili tradantur innocuæ matres, quas nec dubio servaret simplicissima & tutissima simul sectio Symphyseos, si locus ipsi præberetur.

Cæsaream insuper operationem in maximo Nosocomio (*l'Hôtel-Dieu*) parisiensi bis



*Ossium pubis. Articulus III. 83*

hanc ideò excellentissimi viri (10), ob ancipitis eventûs metum, omit- tendam & omninò è foro medico abigendam fenserunt. Nos modò in votis vehementèr habemus, ut oblivione ferè perpetuâ jaceat hæc operatio. Omnes etenim mulieres quibus hætenùs, avulsum è reſeratis ferro visceribus infantem vivum ad leve duntaxat temporis punctum intueri forſan conſeſſum eſt, nec ægrè nec periculoſè, divinitùs miſ- ſæ ſectionis Symphyſeòs auxilio par- turire potuiſſent.

---

inſelicitèr tentatam ferunt. Alia etiam nuper- rimè conſecta eſt viâ gallicè *Trouſſe-va- che*, at hoc ipſo temporis articulo vivit adhuc puerpera.

(10) PARÉ. MAURICEAU. LA MOTTE.  
DIONIS. PEU. LEVRET, &c. &c.



# ARTICULUS IV.

*SIGUALTINÆ operationis conficiendæ methodus. In vivente tandem gravidâ perpetratur. Multiplex & felix in dies increfcit experientia.*

**A**NTEQUAM Symphyseôs sectioni manus admoveatur, quænam nimum coarctatæ diametro pelvis extensio detur sedulò perpendendum, ut scilicèt inter ossa pubis, rictûs & divaricationis quantum satis erit, adipisci studeamus. Sic vaginam subeat index ut suæ apice vertebro-iliacæ sacri articulationem pertingat, basi verò, pubis angulo supponatur; quæ inter utrumque contactûs punctum digiti



*Ossum pubis. Articulus IV. 85*

portio continebitur, ad amussim  
& absque ullo erroris metu anteriorem emetietur diametrum: hanc etiam, ut & alias plus æquo decurtatas esse diametros, haud perperum sanè dignoscitur, cum obstetricatoris manus intromitti nequit. Non his solum methodis, deformem esse pelvim præfagitur: fetus enim freto sublimiori retineri cohiberi-que commonstrant nimia ventris intumescencia & partus tarditas, legitimis licet excrucietur ægra doloribus, naturalem licet situm obtinuerit caput, licet uteri cervix complanetur satis & attenuetur. Detentum esse in humiliori freto caput confestim callebunt omnes. Cum tandem effluxerunt aquæ, tunc properato opus est, namque citius peri-



86 *De Sectione Symphyseos*

mitur infans. Permulti existimant quòd semel elapsis aquis, uteri nifibus adeò prematur delicatulum corpus, ut sic contusum pereat. Nonne vivit infans in amnii aquis, (1) velut in oceano pisces? Nonne ore receptam, naribus eruat undam? Antè partum nondùm spirat aërem cujus ope vitam novam victurus est; si defecerit etiam unda vitalis, moritur. Sua est igitur agendi opportunitas. Statim etenim atque contractionibus validis exa-

---

(1) ILLUSTRISS. D. DE BUFFON editos in aquâ tepente catellos, deindè in lactis temperatè calidi laticem transtulit, eosque aliquandiu sanos detinuit & vegetos, &c. *Histoire Naturelle. De l'enfance. T. II. in-4°. p. 447.*



*Ossium pubis. Articulus IV. 87*

gitatur uterus, ipsiusque dilatatur cervix, cum laceratis membranis eruperunt aquæ, tunc salutifero instructa ferro cautè accedat manus, exituro fetui denegatum iter apertura.

Supina lecto reponatur ægra, specillo in vesicam immisso, hujus collum ab instrumenti acie removeatur. Scalprum apice obtusum apprehendat Medicus, molliorem exploret tactu cartilaginem; tensam cutim (mundatam prius & pilis nudatam) incidat. Vulneris diducantur labia. Tunc adacto musculos infra pyramidales ferro, ab imo ad summum dividantur, Statimque verticali cartilaginis & subiecti ligamenti præcisione laxetur pubum integritas. Abreptis illicò



88 *De Sectione Symphyseôs*

utrinquè, quasi per elaterem, ileis ossibus, subitâ ac fortiori posteriorum ligamentorum jam antagonists prorsus carentium retractione, fit hiatus ingens; quibus etiam æquum est addidisse, ab impactu capitis nixu, ut divisionem Symphyseôs multùm augeri, ità & non parùm increfcere omnes pelvis diametros. Dextra interim duorum miniftrorum utrinquè ad marginem ileon firmiter apponatur, qui pro nutu, diductionem moderari & sacro-iliacorum anticorum (2) rupturam

---

(2) Si forfân per maximam diductionem nimium diftraherentur ligamenta & cartilagines, si gravia ex his fcaturirent fymptomata, nonnè refolventium ope & fimilibus fugarentur? At in parturientibus hoc

*Ossium pubis. Articulus IV. 89*

ligamentorum tantòperè à Cæsarianis reformidatam, præcavere possint. Per unanimes deindè artis & naturæ vires, paucissimis ad summum minutis absolvitur partus. In cubili reposita mollitèr puerpera, pelvim amplexante fasciâ (3) aptè vinciatur. Victus conveniens præcipiatur; nec præmaturè am-

---

itâ rarum, ut ex iis insolitis penè factis nihil statuendum sit. Nullæ enim oriendæ sunt morborum accessiones, præter eas quæ post angores parturientium sæpiùs ingruunt, & sexcentas alias à rerum non naturalium errore, aut à pravo humorum habitu, non ab operatione pendentes.

(3) Hic, v. g., symmetricâ utendum fasciâ, quam solertèr excogitavit D. HOUSSET Clarissimus apud Altiissiodoræos Medicus.

Vid. *Précis de Chirurg. prat.* 1768. t. 1. pl. 6 fig. 2.



bulet , ut citâ glutinatione internectantur divulsæ partes.

Omnis ferè doloris expers & periculi nostra sectio. Anterior etenim symphysis secta , distentæ itè aliquantulum symphyseos iliacæ levem duntaxat doloris sensum & toleratu facillimum procreant. Ligamentum cartilaginem que pubis impunè secari (4) posse fatentur Omnes. Clitoridis crura maximè quidem in actu diductionis elongata , fervari quandoquè possunt , vel si casu fuerint rescissa , quorsum id casurum sit , nulla prorsus habenda est sollicitudo. Intacta remanet vesica , intactusque meatus

---

(4) Vid. D. CAMPER Epist. jam citat.



*Ossum pubis. Articulus IV. 91*  
urinarius; nec vasa majora, nec  
nervi læduntur. Quid igitur sectio-  
ne peractâ pertimescendum? Dolo-  
res, rupturas, effusiones, inflam-  
mationes, coalitûs impossibilita-  
tem, delusæ imaginationis phan-  
tasmata verè dixerim. At cicatrice  
inductâ, reddetur ne suum pelvi  
robur? Pelvis etenim omnem to-  
tius machinæ motum, pondus,  
quassationes, vibrationes, impe-  
tus, jactationes, quasi centrum &  
nodus firmior, in cartilagineâ pu-  
bis vinciturâ experiri & sustinere  
nata est. Nùm in quam admiseris  
puerperam ruptæ Symphyseôs fa-  
cinus, ea rursus stabit, & firmâ  
vestigia signabit plantâ? En istum  
terrorem, & si qui te rursus alii  
moveant, discutiet, pacemque si-



92 *De Sectione Symphyseos*

mùl cum luce afferet rerum potior  
magistra , Experientia. Quatèr ex-  
tumesce ventrem gestiverat mu-  
lier nomine (5) SOUCHOT; quatèr

---

(5) Hæc mulier 3 tantummodo pedes &  
8 pollices alta , hujusce ossium distortionis  
de quâ artº. 3º diximus, præferebat exem-  
plum. Cùm fetus priores per vim & peremp-  
tos jam extraxisset Laud. M. SIGAULT , in  
quartò gravidæ subsidium vocavit Clarissos.  
viros VICQ-D'AZYR & THOURET D. M. P.  
(ipse & ego vocatus) ; nec non aderant  
dexterrimi Chirurghi D. D. LEVRET, D'ES-  
TREMAU , THÉVENOT , COUTOULY ,  
DESAULT , MARCHAIS , BAUDOT , &c.  
Diametrum pelvis anteriorem ad 2  $\frac{1}{2}$  poll.  
contractam tactu perspexit D. LEVRET.  
Cuncti deindè in varias circa operandi me-  
thodum rapti sunt sententias. Quidam Cæ-  
saream operationem in medium adduxe-  
runt , suam proposuit M. SIGAULT. Utrâ-

*Ossium pubis. Articulus IV. 93*

acerbis cruciata doloribus , prolem  
luxerat sub primo vitæ limine mac-  
tatam. Nec melior faustæ prægna-  
tionis spes infelicem manebat. Om-  
nes uno ore viduam tori solitudi-  
nem suadent Obstetricantes, fatum-  
que exitiale , ni pareat , minitan-  
tur. At priores oblita cruciatus ,  
rursùm utero gestat , dicam ne in-

---

que autem repudiata , per pedes , post vio-  
lentèr repetitas commolitiones , extinctus  
infans eruitur. Quintò gravidam cùm viâ  
naturali nequaquàm enixuram videret M.  
SIGAULT , Clariss°. Collegæ ALPHONSO  
LE ROY mentem suam aperuit, quo præsentè  
& juvante intentatam ad hoc usque tempus  
operationem feliciter aggressus est. *Vid.*  
*Mém. de M. SIGAULT, lu aux Assemblées*  
*de la Faculté de Médecine, le 3 & le 6*  
*Décembre 1777, pag. 9 & suiv.*



94 *De Sectione Symphyseôs*

fantem, an victimam. Mox, infante partûs momento, in ancipiti versatur ægra; protinûs ad miseræ auxilium convolant Clariss. MM. SIGAULT & LE ROY. Sectio Symphyseôs celebratur. Angustior dilatatur pelvis. Dimovetur obex. Vivax & vegetus infans in lucem emergit. Tandem sibi maternum gratulatur decus fortunata mulier, vagientique protendit ubera. Fama volat. Egenti ministrantur opes. Ægrotanti affidentes MM. SIGAULT & LE ROY, pio & indefesso labore curationi invigilant, dùm in ipsius salute cæterarum matrum salutem animo prospiciunt. Domo tandèm egressa, facili & firmo incessu recreatam à morbo sese omnibus conspiciendam præ-



*Ossium pubis. Articulus IV. 95*  
bet (6). Decies postea variis in  
locis (7) eadem iteratur operatio,

---

(6) Vid. *Res gest. in saluberr. Facult. Pariensi circa Sectionem Symphyseos pubis supra muliere dictâ SOUCHOT, celebratam*, &c. &c.

(7) Recentissimè apud Armoricos in urbe vocatâ *St. Pol de Léon*, Montibus *Hannoniæ* ( *MONS en Hainaut* ), *Frankfurti* apud Germanos ( *Frankfort* ), *Atrebatii* ( *Arras* ), hæc feliciter perfecta fuit sectio; attamen ob seriùs tentatam duo mortui prodierunt fetus. Aliam ferunt etiam *Constantinopoli* ( *Constantinople* ), & in locis gallicè *la Ferté-Vidame* & *Baunieres* celebratam. Cum rem nondùm sat exploratam habeamus, de his filebimus. Duas tantùm sigillatim exponemus observationes, in quibus hoc mirum est & peculiare, quòd una Symphysin pubis osseam, altera concrectiones in pelvi osseas exhibeat.



& huc usque res prosperè cedentes,  
jam inventionis eximia invidis aut

---

Femina quædam ità rachitide deturpata,  
ut distortæ pelvis antica diameter vix  $2\frac{1}{2}$   
pollices attingeret, septem in partu jam  
puello samiserat. Anno ætatis 35°. octies  
gravidam sævissimi à quatruiduo excrucia-  
bant angores. Jam effluxerant aquæ. Tùm  
(die quintâ Febr. 1778) duobus coram  
medicis, tribus famulis, duabusque obste-  
tricibus, se se ad opus accinxit D. SIEBOLD  
Episcopi Wurzburgensis Consiliarius Me-  
dicus. Jam Synchronoseos pubis partem  
dimidiam præciderat, cùm subitò attonitus  
alteram omninò osseam expertus est. Arri-  
puit protinùs ferrulam, remque felicem ad  
exitum perduxit; non enim vesica, non  
urethra ullam jacturam passæ sunt. Emor-  
rui fetûs cuticula decidebat in frustra, ipsius-  
que amplum erat crassumque caput. Exiguo  
admodum tempore sedata est inflammatio,  
assensum,

*Ossium pubis. Articulus IV. 97*  
assensum, aut silentium imperant.  
Nos in eâdem muliere bis, ter,

---

nec gravis ullorum ingruit symptomatum  
series.

Prope urbem Nemetum (*SPIRE dans  
le bas Palatinat*) mulier vocata ANNA-  
MARIA SCHMIDRINN, jam per tres con-  
tinuos dies miserè puerperii doloribus an-  
gebatur. Peritissimus Chirurgus obstetricans  
D. NAGEL callidè pelvis diametros explo-  
rat, & internum ossis sacri parietem osseo  
tumore sic asperum esse animadvertit, ut  
omnis spes partûs naturalis præcideretur.  
Tùm assentientibus gravidâ proximisque  
(die quintâ Aprilis 1778) & præsentibus  
DD. BIERNSTIEL D. M., & ALBERT  
peritissimo Chirurgo, Symphysis ossium  
pubis scalpro dividitur. Extemplò fermè,  
vividus infans in lucem facillimè propelli-  
tur & paucis post elapsis diebus, tam  
benè sese habebat puerpera, quàm benè



98 *De Sectione Symphyseôs*

plusve recentissimæ operationis periculum fieri posse meritò conjicimus; nondùm etenim in tot puer-

---

valere potest quæ partûs difficilis pertulit incommodum.

Die vigesimâ-quartâ Augusti 1778, accersitus est CL. SIGAULT ad prægnantem quæ bis partûs infelicitis ærumnas doluerat. Cùm diù incassum in fetu per pedes attrahendo insudavisset, cùmque tumorem in osse sacro molestiam ingerere, manu comperiisset, de secandâ pube rationem inivit. Protinùs à carcere solutus est infans. Quòd autem antea vertebræ colli commotæ nimium & distractæ fuerint, ad brevem duntaxat temporis tractum vitali potitus est aurâ. At hunc vivum adhuc sacris undis ablui curavit pius obstetricans, illicque Christianæ regenerationis bono frui dedit. Nunc cum prosperis enixæ rebus citò progreditur vulneris curatio.



*Ossium pubis. Articulus IV. 99*  
peris è synchondrotomiâ planè jam  
restitutis, sacro-iliacas versus arti-

---

Nulli invento tot patroni, totque simul  
insurrexere obrectatores. Omnium quæ ex  
utrâque parte evulgata sunt, opusculorum  
indicem hîc apponere, quibusdam fortassis  
alienum non videbitur.

Adversariorum primus D. BAUDELOC-  
QUE Chirurgus Parisiensis, anno 1776 con-  
fecit thesim cujus jam (pag. 28. not. 3.  
ad finem) titulum exposuimus. Propositio-  
nis suæ fundamenta falso nituntur. Namque  
tunc ROEDERERI (pag. 69. 70. not. 4.)  
principiis inhærebat. Hic scilicet Medicus  
repudiâtâ, solâ in phycis judice, Experien-  
tiâ, motûs vitalis leges à Mechanices pla-  
citis tantoperè discrepantes, theorematibus  
geometricis ineptè subjicere conatus est.  
At enim thesêos Autori tunc deerant in vivo  
corpore experimenta. Verùm hodierno die  
quo lux clarior affulget, amicus veri palàm



culationes, ulli, lustrante manu, deprehensi sunt nodi, ullæ concretio-

---

principia falsissima hæc improbat & rejicit.

In omnibus fermè diariis perplura de his jactata sunt & disceptata. Vid. v. g. *Journal de Paris*, ann. 1777. nos. 279. 281. 284. 285. 287. 295. 302. 305. 310. 314. 322. 343. 364. &c.

Maxima dendè incessit eorum turba, qui minùs dialecticè ratiocinantes contra ipsa facta sine ullâ intermissione arroganter argumentati sunt: ex tentatis supra rigens & exanimus corpus (p. 52. versùs finem), ea quæ, vigente animâ certò eventura essent, festinanter & absurdè præjudicaverunt. Hos inter principem sanè locum obtinet autor libelli famosi: *Réflexions sur la section de la Symphyse du pubis*. (Paris. Febr. 1778.) Nihil hîc nobis seriò confutandum opponitur. Contumeliis duntaxat & conviciis saluberrimum ordinem prof-



*Ossium pubis. Articulus IV.* 101  
nes ; eadem ac antea stat in am-

---

cindit Aristarchus noster , autoremque sectionis & actorem velut deceptum pingit & decipere cupientem.

Ineunte Maio mense 1778 , Parisiis prodiit in lucem hic alter ejusdem farinae libellus : *Traëtatus de anteponendâ sectione Cæsareâ sectioni Symphyseôs ossium pubis.* Nihil ibi lucidum reperiatis , nihil ritè ordinatum , nec ullum aut propositum , aut adimpletum finem : exangue scribendi genus , jejunum exsuccumque , sub latini larvâ pseudo-gallicum idioma redolens , fœdis scatens solœcismis , stomachum legenti movens , oblivioni perpetuæ mandandum.

Circa Maii finem 1778 , hic liber exiit : *Examen des faits relatifs à l'opération de la Symphyse , pratiquée à Arras par M. RETZ , D. M. & M. LOUIS LESCARDÈ , Maître en Chirurgie , ou Réponse faite par nous Médecins & Chirurgiens de cette*



102 *De Sectione Symphyseos*  
bulando totius machinæ firmitas ;

---

*Ville au détail de cette opération, publié dans les Affiches de Picardie, &c. n°. 19. pag. 74 & 75. Iniquum profectò & felleum opus, certumque indicium, hosce adversarios in rebus anatomicis æquè ac in arte obstetriciâ rudes esse & peregrinos.*

En eorum ordo qui pro novâ encheiresi ferventer decertavêre.

Omniū primus CLARISS. SIGAULT de eâ commentarium anno 1768 (p. 48. 49. &c. &c.), & Thesim anno 1773 (pag. 50 not. 17.), scientissimè contextit.

Ann. 1771; CLAR. D. CAMPER, hanc Groningæ publici juris fecit epistolam: *De sectione Synchondroseos pubis, ad VAN GESSCHER*, &c. vir ille optimus & omni excultus scientiarum genere, Sigaultinum inventum meritis laudibus extulit, expetivitque à reipublicæ proceribus mulierem capite damnatam, ut rem tanti moment



*Ossium pubis. Articulus IV.* 103  
cartilaginea semper & fat lata

---

in vivâ dilucidius experimento comprobaret. Omnes penè ipsum cavillati sunt ; quod hisce quidem verbis declarat : *Nemo Clar. DE WIND excepto, animum adeò habuit generosum, ut hæc omnia apertè fateri ausus fuerit, &c.* Vid. Epist. citat. p. 184.

Anno 1772, in celeberrimo Monspeliensi Ludovico medico hac de re quæstio habita est, & cunctis plaudentibus publicè perpenfa à D. MORAND DE LA ROUSIERE (pag. 50. not. 17 ).

Mense Maio 1778, eodem momento quo easdem tractaremus partes, M. ALPHONSE LE ROY typis mandatum est opusculum : *Recherches, &c.* (p. 51. n. 18.) stylus in re tam abstrusâ magnificus & sublimior. Vix ullus unquam tam aridum æquor tam variis florum resperfit leporibus. Quamquam quæstionem fat enucleatè perscrutatus sit, hæc tamen in eum increpantur,



remanet inter ossa pubis linea quæ

---

quòd nempè collegæ suo M<sup>r</sup>. SIGAULT soli inventori & actori soli, cuncta propè detraxerit, quæ in se, laudis & gloriæ ultra modum cupidus, invidiosè refunderet.

Menſe Junio 1778, D. RETZ Medicus Atrebatenſis aſperas adverſariorum infeſtationes ſcripto ſequenti regeſſit : *Observations intéreſſantes en faveur de la Symphyſe du pubis ; ouvrage dont le but eſt de répondre à un Mémoire des Médecins & Chirurgiens d'Arras , intitulé : Examen des faits , &c.* Hic Medicus parturienti fortè occurrit quæ jamdiù propter pelvis anguſtiam diris afflictabatur tormentis. Ità vehementer tum inflammatione correpta erant genitalia , ut in vaginam introgredi nequaquàm digitus poſſet ; jam de omnibus fermè conclamatum erat, cum ſibi ad memoriam revocans illud CELSI monitum, fatius eſſe in re deſperatâ anceps experiri



*Ossium pubis. Articulus IV.* 105  
tutò iterùm & facilè secari potest,

---

auxilium quam nullum, à peritissimo Chirurgo LESCARDÈ pubem dividi jubet. Cujus sectionis ope egressus homuncio, ad aliquot horas spiravit, & ad diem quintum usque supervixit mater. Quæ si protinùs non acta sint, nec miseræ præsto fuisset *Extrema-unctio*, nec *baptizatus* infans. Nihilominus Medicum tot clara peragentem nefariè insimulant invidi, quos omnes responsione suâ incomptâ licet & latiùs fusâ, tanquàm victricibus armis conterit.

In urbe Gottingâ hæc (1778) prostat dissertatio : *Synchondroseôs ossium pubis sectio in partu difficili instituendam expendit* JUST. CHRIST. LADER Doctor & Professor ordinarius.

Hæc altera (1778) à D. LEPPENTIN, Amburgi, sermone Germanico exarata est, cujus sic verti latinè titulus potest : *De rictu Symphyseôs pubis artificiali, in partione ope-*



106 *De Sectione Symphyseos*  
cùm haud dubiè tempore gravidæ

---

rosâ. Hic inventionis Autor habetur D. CAMPER, quod, ut norunt omnes, veritati minimè consentaneum est.

D. JACOB. GUALTER. DAGOTY qui primus pictorios, ut ità dicam, typos invenit, & jam singulis humani corporis partibus quas ipse antea inciderat, innatum eodem momento induxit habitum & colorem; qui ad cognitionem artis obstetriciæ & scientiam faciliorem genitalia muliebria multiplicesque fetuum posituras & exitus simili expressit artificio; is etiamnum, ne quid arti & collectaneis deficeret aut desiderarerur, varias diverso sub aspectu Sigualtinæ sectionis icones (mense August. 1778) tradidit totamque rei explanationem paucissimis complexus est paginis, quibus hæc inscriptio: *Opération de la Symphyse dans les Accouchemens impossibles, avec l'anatomie des parties exposées dans cette opération, & qu'il est essentiel de ménager, &c.* Quæ omnia

*Ossium pubis. Articulus IV. 107*

tatis, more solito intumescere debeat; & insuper aliam de novo cartilagineam efformari substantiam non nulli arbitrantur.

---

Parisiis venalia sunt apud Autorem, viâ gallicè *Saint - Honoré, vis-à-vis l'Oratoire.*

Et si numerosæ & faustissimæ pro sectione nostrâ totidem invicta velut argumenta militent operationes, non tamen confidimus nos omnium mentes in nostram sententiam abrepturos esse; nam tantum in homines valet præconcepta opinio, ut cum ratione etiam insanire videantur.





## ARTICULUS V.

*COMPENDIOSA rerum enumeratio.**Opusculi clausula.*

**J**A M verò, quæ hætenùs de sectione Symphyseôs admittendâ multiplici argumentorum genere stabilire fategimus, eadem liceat in breviorẽ synopsim contrahere, quò magis magisque propositi nostri pateat utilitas. Ac primò quidem sectioni cæsareæ, quod suum est, reddatur, ut quid nostræ sit peculiare laudis & usûs postremò constet, tollaturque omnis inter binas operationes arti probrosa disceptatio, nec verò qui novæ nimis detrahunt, dùm veteri plus æquo



*Ossium pubis. Articulus V. 109*

tribuunt , honestam ambigendi rationem retineant. Revocetur scilicet in usum , quasi jure postliminii , sectio Cæsarea , quoties erraverit ab utero puerperii farcina , aut in monstrosam molem increverit ; quoties sacro-iliacæ Symphyse osseæ evaserint , aut pelvim dehonestaverint exostoses ; cum unum è fretis , aut alterutrum duobus vix pollicibus longius erit. Uno verbo inter utramque operationem hoc litem dirimat , ut religiosè perpenſis quæ oboriuntur tum ex culpâ fetûs , tum ex parte matris difficultatibus , grande piaculum credas sectioni Cæsareæ committere , quæ tibi securè præstitisset sectio symphyseôs. Felicissimum autem ab eâ exitum , merito



110 *De Sectione Symphyseos*

& æquissimo jure sperari certis in casibus, prorsusque in iisdem abnegandam esse sectionem Cæsaream, clamant invictè & æmulâ laudum concertatione, celebratum in feminâ SOUCHOT experimentum, & idem nupèr diversis in regionibus iteratum pari cum successu tentamen. Nova igitur in promptuarium artis accipiatur operatio, quæ citò & tutò perficitur; quam ipsamet natura commonstrat, expostulat, adjuvat; quæ fetum in auras vitales evocat, nullo parturientis discrimine; cujus hoc est commodum, ea laus, ut semel laxatis ossæ compagis carceribus, qui partus per artem inchoatur, idem obsequentis naturæ viribus absolvatur. Quæ tot & tanta com-



*Ossum pubis. Articulus V. III*

moda sectioni Symphyseôs vendicasse contendimus, dùm assignaremus quibus in casibus celebranda esset, dùm capitis & pelvis dimensiones reciprocas pensitarem, variosque gradus angustiae vocarem ad calculum. Ipsam operationem aliundè à Naturâ quasi digito monstrari probavimus, quòd ossa ab invicem longo satis intervallo spontè diducerentur; felicissima & quibus ad fidem nihil deest, enarravimus experimenta; nemini non innotuit, quàm severâ, quàm non præcipiti disquisitione, primo tentamini interfuerit Ordo Saluberrimus; mox quibus honoribus tam egregiè ausos (1) prospero beato successu,

---

(1) « Collegæ Clarissimo M<sup>o</sup>. SIGAULT



112 *De Sectione Symphyseôs*

ipse, plaudentibus omnium ordinum civibus, auxerit, ornaverit,

---

» operationis illius inventori, defensori,  
» actori, eò majora deberi professa est Sa-  
» luberrima Facultas, quò majus arti me-  
» dicæ dedit incrementum, quò præstantiora  
» fecit ingenio, manu & opibus erogatis:  
» justum in suâ non esse potestate præmium  
» CIVIUM CONSERVATORI; in honore  
» semper apud se futurum eximium illum  
» Collegam, & omnibus præsentibus ac  
» posteris commendandum laudandumque  
» voluit. Quapropter jussit in calculi argen-  
» tei aversâ facie incidendam esse hanc  
» inscriptionem:

» *Anno 1768 Sectionem Symphyseôs ossium*  
» *pubis invenit, proposuit: Anno 1777,*  
» *fecit feliciter M. SIGAULT, D. M. P.*  
» Ipsique centum calculos illos esse offe-  
» rendos.

» Cum verò, prædicante M<sup>o</sup>. SIGAULT,  
cumulaverit.



*Ossium pubis. Articulus V. 113*

cumulaverit. Quid superest, nisi  
ut quas simile premet infortunium,  
par sublevet obstetricantis indu-  
tria, sicque omnes numeros acci-  
piat milliès iterata *encheiresis*, suæ  
maneant inventori laudes inteme-  
ratae, nosque ipsi & bono publico  
gratulantes, hanc admittendam  
esse pubis ossium sectionem æquè  
concludamus.

---

» constet Collegam alium, M. ALPHON-  
» SUM LE ROY, suis experimentis, suis  
» laboribus, adhortationibusque, operatio-  
» nis faciendæ, absolvendi partûs & vul-  
» neris sanandi partem haud ingloriam fuisse,  
» jussit Ordo Saluberrimus, ad finem inf-  
» criptionis hæc addenda esse verba:

» *Juvit M. Alphonsus LE ROY, D. M. P.*

» Cui quinquagenta offerentur calculi illi  
» argentei. Vid. *Res Gest. p. 10. 11 & seq.*»



#### III 4 *De Sectione Symphyseôs*

Quamquàm ex ipso hujusce operis nomine, de solâ Symphyseôs operatione agendum fore manifestum fuerit, hoc insuper tamen nostri esse instituti duximus, ut ea etiam proferremus in medium, quæ aliquâ ex parte ad nostram spectarent propositionem; ideòque ne manca evaderet hæc dissertatiuncula, de Cæsareâ præsertim sectione sermo fuit, sicut & de partu ante terminum promovendo; de auxiliis similiter, in partione difficili, sive à manu, sive à vecte, sive tandem à forcipe quærendis, per pauca stric-  
tùm & concinnè diximus, tanquam de iis quæ commune quoddam cum incepto vinculum haberent.

*F I N I S.*



# ERRATA.

P.	L.	Pro	Lege
48	1	viam, ingreditur	viam ingreditur
57	6	anguli	limbi
ib.	8	molliora	mollia
58	8	immitteretur	apponeretur
60	19	post penè	post, penè
61	4	cùm vitium dun- taxat	cùm vitium tamen duntaxat
ib.	12	interdum tamen	interdum quidem
62	2	& impedimentum	& impedimentum
ib.	9	tu	ut
67	6	ab inæquali fe- morum	ab inæquali tùm factâ femorum
ib.	13	recedere	ferri
ib.	14	& postea	& illo ( sacro ) sic repulso
75	17	maxima diame- ter	maxima capitis dia- meter
85	1	continebitur	continebitur
88	13	sacro-iliacorum	sacro-iliacorum
95	15	la Ferté-Vidame & Baunieres	la Ferté-au-Vidame ( Firmitati-Vicedo- mini ) & Baunierres en Artois
ib.	17	duas	tres
ib.	20	altera	alteræ
ib.	21	exhibeat	exhibeant
96	6	puello samiserat	puellos amiserat
97	13	præcideretur	eximeretur
99	21	palàm principia falsissima hæc	falsissima hæc princî- pia palàm
102	21	moment	momenti
104	9	en faveur de la Symphyse	en faveur de la section de la Symphyse
105	15	sectio	sectionem
106	8	anteà inciderat	anteà scalpro inciderat
ib.	11	faciliorem geni- talia	faciliorem, genitalia
111	1	vendicasse	vindicasse



THE

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the